



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

62 Iurare tenentur omnes beneficiarij de bonis Ecclesiae non alienandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ea, inconsulto Romano Pontifice, alienandi, ut in eadem extravag. ibi, alienanti verò.

§7 Quòdque omnes alienationes bonorum ecclesiasticorum sine Pontificis auctoritate sint nullæ, respondendo ad contraria, tenet Navarr. de alien. rerum Eccles. num. 14, versic. 2. & in casu nostro, tom. 1. quæ, juramenti in contractibus appositis, convalidati non possunt, quia contractus hujusmodi non dependet à voluntate contrahentium, sed Patris, qui est dominus omnium beneficiorum, cap. 2, de praben. in 6. Gomez. in proem. reg. cancell. cum supra alleg. in cap. 12, num. 8. Nam juramenta contra Constitutiones Apostolicas facta, sunt illicita, & non servanda, cap. Significavit, & cap. gravis, de cens. Et prædicta conclusio adeò est vera, & dicta extravag. usu recepta, etiam quampluribus decretis à visitatoribus Apostolicis, Conciliis Provincialibus, & synodalibus intimata, & ad omnium notitiam deducta, ut omnes alienationes, perpetuæ permutationes ad tertiam generationem, & ad quodcumque tempus ultra triennium locationes auctoritate Apostolica per litteras, §9 † si in evidentem, in Romana curia expendantur, & Ordinariis locorum, ac alteri dignitatem in cathedrali ecclesia habenti insolita, & satis notoria forma committantur, & procedit etiam in bonis à Regularibus, Confraternitatibus, & locis piis quibuscunque alienandis, ut in eadem extravag. & tenet Navarr. ubi supra, num. 15, & num. 19, vers. Sed contrarium, cum comprehendat alienantes bona Ecclesiarum, Monasteriorum, locorumque piotum quorumlibet, §6 quæ † dictio, quorumlibet, ut generalis, omnia bona comprehendit, & nihil intactum relinquit, l. 1, §. generaliter, ff. de leg. præst. l. de pretio, ff. de public. in rem act. & Aymon. consil. 133, num. 5, & 6, volum. 1. Alienationes verò, permutationes, locationes, ultra triennium, ac in emphyteusim concessionem de prædictis bonis sine Pontificis beneplacito, & consensu, sunt ipso jure nullæ, ut in eadem constitutione, ibi, nullius sint roboris, vel momenti. Navarr. eodem tit. num. 13. Et Pontificis consensus non præsumitur, ut post Alexand. cons. 9, colum. fin. volum. 2, & cons. 17, colum. 2, vers. nec potest dici, volum. 4. probat Maschard, de probat. concl. 1322, numer. 30.

Præterea bona † ecclesiastica immobilia, & pretiosa mobilia alienans sine Pontificis consensu.

Primò, si est Episcopus, vel Abbas, poenam interdicti ab Ecclesia incurrit, & si per sex menses animo perseveraverit indurato, à regimine suæ Ecclesiæ eo ipso est suspensus, ut in d. extravag. & cap. quicumque, cap. omnes Ecclesia 17, quest. 4. & Rebuff. in compend. alien. rer. Eccles. num. 109, & 110.

Secundò Episcopis, & Abbatibus, in provisionibus suarum Ecclesiarum expeditur particularis Bulla, cujus vigore priusquam assequantur possessionem de non alienando bona suarum Ecclesiarum, & de malè alienatis pro posse recuperandis, juramentum præstare tenentur.

† Et bona contra dicta extravag. formam alienantes, poenam perjurii incurunt, ut ibidem Rebuff. num. 13. omnesque bene-

beneficiarii jurant in principio, non alienare, nec diminueri bona Eccleſiæ, per text. in cap. prohibemus, de cenſ. & Navar. ubi ſupra, num. 14. ſecundo reſponſo, in ſin. & regulariter juramentum præſtatur ab Archiepiſcopis, Episcopis, Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, Archidiaconis, & aliis principalem in collegiata, & primam poſt Pontificalem in cathedrali dignitatem habentibus, qui eccleſiaſticam habent juridiſtionem ſub his verbis, videlicet:

63 Ego ꝑ N. Abbas Eccleſiæ N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero beato Petro, ſanctæque Apoſtolice Romane Eccleſiæ, & Domino N. Papæ, & eius ſucceſſoribus canonicè intrantibus. Non ero in conſilio, conſenſu, tractatu, vel factu, ut vitam, vel membrum perdant, ſeu quod contra alicujus eorum perſonam, vel ipſorum, aut Eccleſiæ ejuſdem, ſive Sedis Apoſtolice auctoritatis, honoris, privilegiorum, jurium, vel Apoſtolicorum ſtatutorum, ordinationum, reſervationum, diſpoſitionum, ſive mandatorum derogationem, vel præjudicium, machinationes, aut conſpirationes ſiant, & ſive, quoties ali quid tractari ſcivero, id pro poſſe, ne fiat, impediam, & quanto citius commode poterò, eidem Domino noſtro, vel alteri, per quem ad ipſius noticiam pervenire poſſit, ſignificabo, conſilium verò, quid mihi per ſe, aut nuncios, ſeu litteras credituri ſunt, ad eorum damnum, me ſciente, nemini pandam, ad retinendum, & defendendum Papatum Romanum, & regalia ſancti Petri contra omnem hominem adjuvor eiuſ ero, auctoritatem, honorem, privilegia, & jura, quantum in me fuerit, potiùs adaugere, & promovere, ſtatuta, ordinationes, reſervationes, diſpoſitiones, & mandata huiusmodi obſervare, & eiuſ

intendere curabo: Legatos Sedis ejuſdem honorificè tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo: hæreticos, ſchiſmaticos, & qui alicui ex Domino noſtro, ſucceſſoribusque prædictis rebelles fuerint, pro viribus perſequar, & impugnabo: poſſeſſiones verò ad Abbatiam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli dictæ Eccleſiæ, inconſulto Romano Pontifice, ſic me Deus adjuvet, & hæc ſanctæ Dei Evangelia. Reliqui autem beneficiarii de non alienando in manibus Ordinarii præſtant juramentum.

64 Tertio in odium alienantium ꝑ res alienatæ nullo reſtituto pretio revertuntur ad Eccleſiam, cap. 1. de ſchiſmat. Et emptor poterit habere reſtutum contra alienantem, ut ibi Abb. in ſin. cap. ſi quis preſbyterorum, & ibi gloſſ. ſin. & idem Abb. num. 1. de reb. eccleſ. non alien. Rebuff. eod. Compend. num. 115. & Rodo. de reb. Eccleſ. non alien. quaſt. 76. cap. 2. n. 30. verſ. decima pena.

65 Quarto ꝑ Prælati Episcopis, & Abbatibus inferiores, Commendatarii, & aliarum Eccleſiarum Rectores, beneficia, vel adminiſtrationem quemodolibet obtinentes, prioratibus, præpoſituris, præpoſitibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque beneficiis, quorum res, & bona alienarunt, ſunt ipſo facto privati, ut in ead. extravag. Rebuff. d. compend. num. 111. Redo. eod. cap. 2. num. 30. verſ. ſeptima, & Rot. in no. viſſ. decif. 896. par. 3. lib. 3. Et dictio, ipſo facto, eſt latæ ſententiæ, l. ſin. ſ. ſciturus, C. locat. cap. cupientes. ſ. Cæterum, & ibi gloſſ. in ver. ſuſpenſos, & Card. de electi.

Deci.